26. IDEM libro XX. ad Edictum provinciale.— Qui ex libertate in servitutem petit, si iudicii de evictione servandi causa contra libertatem agit, iniuriarum actione non convenitur.

27. ULPIANUS libro II. de officio Consulis.— Divi fratres Proculo et Munatio (2) rescripserunt: «quum Romulus, de cuius statu quaeritur, pupillaris aetatis sit, an exigente Varia Hedone matre, et consentiente Vario Hermete (3) tute, ad tempus pubertatis causa differenda sit, vestrae gravitatis est, ex fide personarum, quod utile est pupillo, constituere».

§ 1.—Si ea persona desit cognitioni, quae alicuius status controversiam faciebat, in eadem causa est, qui de libertate sua litigat, qua fuit, priusquam de libertate controversiam patiatur. Sane hoc lucratur, quod is, qui eam status controversiam faciebat, amittit suam causam; nec ea res ingenuum facit eum, qui non fuit, nec enim penuria adversarii ingenuitatem solet tribuere. Recte atque ordine iudices puto facturos, si hanc formam fuerint consecuti, ut, ubi deest is, qui in servitutem petit, electionem adversario deferant, utrum malit cognitionem circumduci, an auditia causa sententiam proferri; et si cognoverint, pronuntiare debebunt, servum illius non videri; neque haec res captionem ullam habet, quum non ingenuus pronuntietur, sed servus non videri. Quodsi ex servitute in ingenuitatem se allegat, melius fecerint, si cognitionem circumduixerint, ne sine adversario pronuntient, ingenuum videri, nisi magna causa suadeat, et evidentes probationes suggerant, secundum libertatem pronuntiandum, ut etiam Rescripto Hadriani continetur.

§ 2.—Quodsi is, qui pro sua libertate litigat, desit, contradictor vero praesens sit, melius erit, inaudiri (4) causam eius, sententiamque proferri; si enim liquebit, contra libertatem dabit. Evenire autem potest, ut etiam absens vincat; nam potest sententia etiam secundum libertatem ferri.

28. POMPONIUS libro XII. ad Quintum Mucium.— Non videtur domini voluntate servus in libertate esse, quem dominus ignorasset, suum esse; et est hoc verum, is enim demum voluntate domini in libertate est, qui possessionem libertatis ex voluntate domini consequitur.

de entablado el juicio sobre la libertad está en calidad de libre el hombre sobre cuyo estado hay controversia, sin embargo, si fuera esclavo, es lo cierto que, ello no obstante, adquiere para su señor lo que se le entrega ó lo que estipula, lo mismo que si no se cuestionaba sobre su libertad. Solamente lo entenderemos respecto á la posesión, porque después de entablado el litigio el señor deja de poseerlo á él. Pero es más cierto que la adquiere, aunque por él no sea poseido; y como se determinó que podemos adquirir la posesión también por medio de un fugitivo, ¿qué extraño es que también se adquiera por medio de éste de quien tratamos?

26. EL MISMO; Comentarios al Edicto provincial, libro XX.— El que de la libertad reclama á otro á esclavitud, si reclama contra la libertad para conservar la acción de evicción, no es demandado con la acción de injurias.

27. ULPIANO; Del cargo de Consul, libro II.—Los Divinos hermanos respondieron por rescripto á Próculo y á Múnacio: «siendo Rómulo, de cuyo estado se trata, de edad pupilar, exigiéndolo su madre Varia Hedon y consintiendo el tutor Vario Hermete, que la causa se haya de diferir al tiempo de la pubertad, corresponde á vuestra gravedad determinar por el testimonio de personas qué es lo que es útil al pupilo».

§ 1.—Si dejara de presentarse en el juicio la persona que á alguno le promovía controversia sobre su estado, el que litiga por su propia libertad se halla en el mismo caso en que estaba antes de que sufriera controversia sobre la libertad. Y gana á la verdad esto, que pierde su propia causa el que promovía aquella controversia sobre el estado; y esto no hace ingenuo al que no lo era, porque tampoco la falta de adversario suele atribuir la ingenuidad. Yo creo que los jueces obrarán bien y con orden si siguieren esta norma, que cuando falta el que reclama á esclavitud le defieran al adversario la elección de si prefiere que sea anulado el juicio, ó que oída la causa se profera sentencia; y si conocieren de ella, deberán declarar que no se considera que es esclavo de aquél; y esto no contiene ninguna capciosidad, porque no se declara que es ingenuo, sino que no parece que es esclavo. Pero si estando en la esclavitud alegara que es ingenuo, obrarán mejor si declararen anulado el juicio, á fin de no fallar sin adversario que parece ingenuo, á no ser que una poderosa causa aconseje, y evidentes pruebas indiquen, que se ha de fallar á favor de la libertad, como también se contiene en el rescripto de Adriano.

§ 2.—Mas si el que litiga por su libertad estuviera ausente, pero su contradictor estuviese presente, será mejor que se substancialice la causa de éste, y que se proferza sentencia; porque si apareciese probado, la dará contra la libertad. Mas puede suceder que venza aun el que está ausente; porque también se puede proferir sentencia á favor de la libertad.

28. POMPONIO; Comentarios á Quinto Mucio, libro XII.—No se considera que está en libertad con la voluntad de su señor el esclavo que su señor ignore que es suyo; y esto es verdad, porque está en libertad con la voluntad de su señor solamente el que con la voluntad de su señor consigue la posesión de la libertad.

(1) quaereretur. Hal. Vulg.

(2) Maetiano, Vulg.; Matio, el código citado por Geb.

(3) eius por Vario Hermete, Hal. Vulg.

(4) Conjetura Cuyacio (Obs. VI. 27.); inangeri, Taur. según la escritura original; augeri, la corrección del código Fl. Br.; agi, Hal. Vulg.

29. ARRIO MENANDRO libro I. de Re militari (1). — Qui de libertate sua litigans necdum sententia data militiae se dedit, in pari causa (2) ceteris servis habendus est; nec exonerat eum, quod pro libero habeatur in quibusdam; et licet liber apparuerit, (3) exauxtoratus, id est militia remota, castris reiicietur (4); utique qui ex servitute in libertatem petitus sit, vel qui non sine dolo malo in libertate moratus est; qui vero per calumniam petitus in servitutem est, in militia retinebitur.

§ 1.—Qui ingenuus pronuntiatus est, si se militiae dedit, intra quinquennium retractata sententia novo domino reddendus est.

30. JULIANUS libro V. ex Minicio. — Duobus pentibus hominem in servitutem pro parte dimidia separatis, si uno iudicio liber, altero servus iudicatus est, commodissimum est, eo usque cogi iudices, donec consentiant; si id non contingat, Sabinum refertur existimasse, duci servum debero ab eo, qui viciisset; cuius sententiae Cassius quoque est, et ego sum. Et sane ridiculum est, arbitrari eum pro parte dimidia duci, pro parte libertatem quia tueri; commodius autem est, favore libertatis liberum quidem eum esse, compelli autem pretium sui partem viri boni arbitratu victori suo praestare.

31. UPLIANUS libro I. Responsorium. — Filium ob hoc, quod patri heres extitit, prohiberi a patre sum servum manumissum in servitutem petere.

32. PAULUS libro VI. Regularum. — De bonis eorum, qui ex servitute aut libertinate (5) in ingenuitatem vindicati sunt, Senatusconsultum factum est, quo cavetur de his quidem, qui ex servitate defensi essent, ut id duntaxat ferrent, quod in domo (6) cuiusque intulissent; in eorum autem bonis, qui post manumissionem repetere originem suam voluissent, hoc amplius, ut, quod post manumissionem quoque acquisiissent, non ex re manumissoris, secum ferant, cetera bona relinquerent illi, ex cuius familia exiissent.

33. IDEM libro singulari de liberali causa. — Qui sciens liberum emit, quamvis et ille se pateretur venire, tamen non potest contradicere ei, qui ad libertatem proclamat; sed si alii eum ignorantem vendiderit, denegabitur ei proclamatio.

34. UPLIANUS libro singulari Pandectarum. — Imperator Antoninus constituit, non alias ad libertatem proclamationem cuiquam permittendam, nisi prius administrationum rationes reddiderit, quas, quum in servitute esset, gessisset.

29. ARRI MENANDRO; De los asuntos militares, libro I. — El que litigando sobre su libertad se dedicó á la milicia no habiéndose dado todavía la sentencia, ha de ser tenido en igual condición que los demás esclavos; y no le exime de ello que en algunas cosas sea tenido como libre; y aunque hubiere aparecido libre será expulsado de los campamentos, degradado, esto es, excluido de la milicia; esto ciertamente respecto al que estando en la esclavitud fué reclamado para la libertad, ó respecto al que sin dolo malo permaneció en la libertad; mas el que por calumnia fué reclamado á la esclavitud será retenido en la milicia.

§ 1.—El que fué declarado ingénuo, si se dedicó á la milicia, ha de ser restituído á su nuevo señor habiéndose revocado la sentencia dentro de un quinquenio.

30. JULIANO; Doctrina de Minicio, libro V. — Reclamando dos á un hombre para la esclavitud cada uno separadamente por la mitad, si en un juicio fué juzgado libre, y esclavo en otro, es lo más conveniente que se apremie á los jueces hasta que se pongan de acuerdo; y si esto no sucediera, dícese que opinó Sabino, que se debía llevar al esclavo el que hubiese vencido; de cuya opinión es también Cassio y soy yo. Y verdaderamente es ridículo que se determine que él sea llevado por mitad, y que respecto á la otra mitad se ampare su libertad; pero es más conveniente que por favor á la libertad sea éste, á la verdad, libre, pero que sea compelido á entregársela á su vencedor parte de su propio precio á arbitrio de hombre bueno.

31. UPLIANO; Respuestas, libro I. — Al hijo se le prohíbe que reclame á esclavitud, porque haya quedado siendo heredero de su padre, á un esclavo suyo manumitido por su padre.

32. PAULO; Reglas, libro VI. — En cuanto á los bienes de los que del estado de esclavitud ó de libertino fueron reivindicados para la ingenuidad, se hizo un senadoconsulta en el que se dispone respecto á los que hubiesen sido defendidos de la esclavitud, que se lleven únicamente lo que hubiesen llevado á la casa de cualquiera; mas en cuanto á los bienes de los que después de la manumisión hubiesen querido reclamar su propio origen, se dispuso además que se lleven consigo también lo que hubiesen adquirido después de la manumisión, no con los bienes del manumisor, y que los demás bienes los dejen á aquél de cuya familia hubiesen salido.

33. EL MISMO; De la causa sobre la libertad, libro único. — El que á sabiendas compró un hombre libre, aunque también éste consintiese ser vendido, no puede, sin embargo, oponerse al que reclama la libertad; pero si lo hubiere vendido á otro que lo ignora, se le denegará la reclamación de la libertad.

34. UPLIANO; Pandectas, libro único. — Determinó el Emperador Antonino, que no se le ha de permitir á nadie la reclamación de la libertad de otra suerte sino si antes hubiere rendido las cuentas de las administraciones, que hubiese llevado cuando estaba en la esclavitud.

(1) Furius Anthinnus lib. I. ad edictum. Hal.; Aq. Bas.

(2) cum, inserta Hal. Vulg.

(3) erit, inserta Hal.

(4) id est militia remota, castris reiicietur, omittentes otros en Hal.

(5) Hal. Vulg.; libertate, et códice Fl.

(6) El códice Fl., dominum, Hal. Vulg.

85. PAPINIANUS libro IX. Responsorum (1).—Servos ad templi custodiam, quod aedificari Titia voluit, destinatos, neque manumisso, (2) heredis esse constitit.

86. IDEM libro XII. Responsorum. — Dominus, qui obtinuit, si velit servum suum abducere, litis aestimationem pro eo accipere non cogetur.

87. CALLISTRATUS libro II. Quaestionum. — Conventio privata neque servum quemquam, neque libertum alicuius facere potest.

88. PAULUS libro XV. Responsorum. — Paulus respondit, si, ut proponitur, post perfectam sine ulla conditione emtionem postea emtor ex voluntate sua literas emisit (3), quibus profiteretur, se post certum tempus manumisserunt eum, quem emerat, non videri eas literas ad Constitutionem Divi Marci pertinere.

§ 1.—Idem respondit, Constitutionem quidem Divi Marci ad libertatem eorum mancipiorum pertinere, quae hac lege venierint, ut post tempus manumitterentur, sed eundem favorem libertatis consequendae causa etiam eam mereri, pro qua dominus pretium accepit, ut ancillam suam manumitteret, quem idem etiam libertam habiturus sit.

§ 2.—Quaesitum est, an emtor servo recte libertatem dederit nondum pretio soluto. Paulus respondit, servum, quem venditor emtori tradidit, si ei pro pretio satisfactum est, et nondum pretio soluto in bonis emtoris esse coepisse.

§ 3.—Caius Seius Stichum servum Lucio Titio vendidit ita, ut Titius Stichum post triennium manumitteret, si continuo triennio servisset; sed nondum exacto tempore triennii Stichus fugit, et post aliquantulum temporis defuncto Titio revertit (4); quapropter, an obstet Sticho ad assequendam ex venditione libertatem, quod ante triennium diaccesserit. Paulus respondit, secundum ea, quae proponuntur, expelto tempore, post quod Stichus manumitti debuit, libertatem ei competuisse.

89. IDEM libro V. Sententiarum. — Cui necessitas probandi de ingenuitate sua non incumbit, ultero si ipse probare desideret, audiendus est.

§ 1.—Qui de ingenuitate cognoscunt, de calumnia eius, qui temere controversiam movit, ad modum exilii possunt ferre sententiam.

§ 2.—Tutores vel curatores pupillorum, quorum tutelam et res administraverunt, postea status quaestionem facere non possunt.

§ 3.—Maritus uxori eidemque libertae status quaestionem inferre non prohibetur.

40. HERMOGENIANUS libro V. iuris Epitomarum. — Quum pacto partitionis (5) pretii maior viginti annis venalem se praebuit, nec post manumissionem ad libertatem proclaimare potest.

(1) *Taur.* según el código Fl., que dice regularmente posponer verbo por Responsorum.

(2) neque, inserta *Vulg.*

(3) *Taur.* según corrección del código Fl.; amiserit, la escritura original, *Br.*

85. PAPINIANO; Respuestas, libro IX. — Es sabido que los esclavos destinados á la custodia del templo, que Ticia quiso que se edificase, y que no fueron manumitidos, son del heredero.

86. EL MISMO; Respuestas, libro XII. — El señor que venció, si quiere llevarse su esclavo, no será obligado á recibir en lugar de él la estimación del litigio.

87. CALISTRATO; Cuestiones, libro II. — Una convención privada no puede hacer que uno sea ni esclavo ni liberto de alguno.

88. PAULO; Respuestas, libro XV. — Paulo respondió, que, si perfeccionada, como se propone, sin ninguna condición la compra, el comprador escribió después por su propia voluntad una carta en la que manifestase que él después de cierto tiempo manumitiría al que había comprado, no se consideraba que esta carta estuviese comprendida en la Constitución del Divino Marco.

§ 1.—El mismo respondió, que la Constitución del Divino Marco se refería ciertamente á la libertad de aquellos esclavos, que fueron vendidos con la condición de ser manumitidos después de cierto tiempo, pero que el mismo favor merece para conseguir la libertad también aquella por la cual su señor recibió precio, para que manumitiese á su esclava, porque él mismo la habrá de tener también como liberta.

§ 2.—Se preguntó, si el comprador le habrá dado válidamente la libertad á un esclavo, no habiendo pagado todavía el precio. Paulo respondió, que el esclavo que el vendedor entregó al comprador, si á aquél se le dió fianza respecto al precio, comenzó á estar en los bienes del comprador aun no habiéndose pagado el precio.

§ 3.—Cayo Seyo le vendió á Lucio Ticio su esclavo Stico con la condición de que Ticio manumitiese á Stico después de tres años, si le hubiese servido los tres años continuos; pero no habiendo transcurrido todavía el tiempo de los tres años huyó Stico, y volvió después de algún tiempo, habiendo fallecido Ticio; preguntó, si para conseguir la libertad en virtud de la venta le obstará á Stico el haberse marchado antes de los tres años. Paulo respondió, que, según lo que se expone, cumplido el tiempo, después del cual debió ser manumitido Stico, le competió á éste la libertad.

89. EL MISMO; Sentencias, libro V. — Aquel á quien no le incumbe la necesidad de probar su ingenuidad, ha de ser oido si voluntariamente desease probarla él mismo.

§ 1.—Los que conocen de la ingenuidad pueden proferir sentencia á manera de destierro por la calumnia del que temerariamente promovió la controversia.

§ 2.—Los tutores ó curadores de los pupilos, cuya tutela y cuyos bienes administraron, no pueden promover después cuestión sobre su estado.

§ 3.—Al marido no se le prohíbe que á su mujer y liberta le promueva la cuestión de estado.

40. HERMOGENIANO; Epítome del Derecho, libro V. — Cuando un mayor de veinte años se dió para ser vendido con el pacto de partirse el precio, no puede reclamar su libertad ni aun después de la manumisión.

(4) revertitur, *Hal.*

(5) participationis, *Vulg.*

41. PAULUS libro singulari de Articulis liberalis causae (1). — Si in obscuro sit, in quo fuerit status, qui pro libertate sua litigat, prior audiendus est probare volens, se ipsum in libertatis esse possessione (2).

§ 1.—Iudex autem, qui de libertate cognoscit, etiam de rebus amotis, damno domino (3) facto cognoscere debet; fieri enim potest, ut fiducia libertatis et surripere quaedam, et corrumpere atque consumere ex bonis (4), quibus serviebat, ausus sit.

42. LABEO libro IV. Posteriorum (5). — Si servus, quem emeras, ad libertatem proclamavit, et ab iudice perperam pro eo iudicatum est, et dominus eius servi post rem contra te iudicatam te heredem fecit, aut alio quo (6) nomine is tuus esse coepisset, petere eum tuum esse poteris, nec tibi obstat rei iudicatae praescriptio (7). Iavolenus: haec vera (8) sunt.

43. POMPONIUS libro III. Senatusconsultorum.— De his, qui bona eorum, quibus serviebant, intercepissent, deinde ad libertatem proclamabant, Hadrianus Imperator rescripsit; cuius Rescripti verba haec sunt: «Sicut non est aequum, fiducia libertatis, quae ex fideicommissi causa praestanda est, intercipere hereditariam pecuniam, ita nec libertati praestandae moram quaeri oportet. Quamprimum ergo arbitrum dare debeat, apud quem constaret, quid servari potest (9) heredi, antequam ad servum manumittendum compelleretur».

44. VENULEIUS libro VII. Actionum.— Licet dubitatum anteā fuit, utrum servus duntaxat, an libertus iurando patrono obligaretur in is, quae libertatis causa imponuntur, tamen verius est, non aliter quam liberum obligari. Ideo autem solet iurandum a servis exigere, ut hi religione adstricti, posteaquam suae potestatis esse coepissent, iurandi necessitatem haberent, dummodo in continent, quum manumissus est, aut iuret, aut promitteret.

§ 1.—Licet autem circa donum, munus, operas, etiam uxorum personas inserere.

§ 2.—In eum, qui impubes iuraverit, scilicet qui et iurare potuerit, danda est utilis actio operarum nomine, quum pubes tamen factus erit; potest tamen et impubes operas dare, veluti si nomenclator (10) sit, vel histrio.

TIT. XIII

QUIBUS AD LIBERTATEM PROCLAMARE NON LICET

[Cf. Cod. VII. 18.]

1. UPLIANUS libro II. de Officio Proconsulis.— Maiores viginti annis ita demum ad libertatem

(1) Taur. según la escritura original; causa, la corrección del código Fl.; Liberalis causa si in, Hal.

(2) Hal. Vulg.; possessiōnem, el código Fl.

(3) Según las Bas.; magno por domino, Taur. según la escritura original; magno, omítela la corrección del código Fl., Br.

(4) eorum, insertan acertadamente Hal. Vulg.

41. PAULO; Articulos sobre la causa de la libertad, libro único. — Si estuviera oscuro en qué estado se halla el que litiga sobre su libertad, ha de ser oido primero al querer probar que él está en posesión de la libertad.

§ 1.—Mas el juez que conoce de la libertad debe conocer también de las cosas amovidas, ó del daño causado al señor; porque puede suceder que con la ospeanza de la libertad se haya atrevido á substrair, estropear y consumir algunas cosas de los bienes de aquellos á quienes servía.

42. LABEON; Obras póstumas, libro IV. — Si el esclavo que tu habías comprado reclamó su libertad, y por el juez se falló malamente á su favor, y el dueño de este esclavo te hizo heredero después de fallado el negocio contra ti, ó aquél hubiese comenzado á ser tuyo por otro cualquier título, podrás reclamar que él es tuyo, y no te obstará la excepción de cosa juzgada. Y dice Javoleno, que esto es verdad.

43. POMPONIO; Senadoconsultos, libro III. — El Emperador Adriano expidió un rescripto respecto á los que hubiesen substraido bienes de aquellos á quienes servían, y que después reclamaban la libertad; las palabras de cuyo rescripto son estas: «Así como no es justo que con la confianza en la libertad, que se ha de dar por causa de fideicomiso, substrajga uno dinero de la herencia, así tampoco conviene que haya querella por demora en dar la libertad: Así, pues, se debe nombrar cuanto antes un árbitro, ante el cual se haga constar qué es lo que se le puede reservar al heredero antes que sea compelido á manumitir al esclavo.»

44. VENULEYO; Acciones, libro VII. — Aunque antes se dudó si solamente el esclavo, ó si también el liberto se obligaría mediante juramento al patrono respecto á las imposiciones que se hacen por causa de la libertad, es, sin embargo, mas verdadero que no se obliga de otra suerte sino libre. Mas por lo mismo se suele exigir juramento de los esclavos, á fin de que constreñidos éstos por la religión tengan, después que hubiesen comenzado á ser de propio derecho, necesidad de jurar, con tal que inmediatamente después que fué manumitido jure ó prometa.

§ 1.—Mas es lícito comprender también á las personas de las mujeres en cuanto á los donativos, regalos y días de trabajo.

§ 2.—Contra el que siendo impúbero hubiere jurado, por supuesto, si también hubiere podido jurar, se ha de dar la acción útil por razón de días de trabajo, pero cuando se hubiere hecho púbero; mas también puede el impúbero dar días de trabajo, por ejemplo, si fuera nomenclator ó histrión.

TÍTULO XIII

DE AQUELLOS Á QUIENES NO LES ES LÍCITO RECLAMAR LA LIBERTAD

[Véase Cód. VII. 18.]

1. UPLIANO; Del cargo de Proconsul, libro II. — Los mayores de veinte años no pueden reclamar la

(5) Iabolenus libro VI. èntacoláv. Hal.

(6) Taur. al margen; aliquo, en el texto.

(7) Taur.; proscrip̄tio, el código Fl.

(8) Taur.; verba, el código Fl.; Iaboleni haec verba, la corrección del código Fl.; Br.; Labeonis haec verba, Hal.

(9) posset, acertadamente Hal.

(10) nomenclator, Hal.; miniculator, Vulg.

proclamare non possunt, si pretium ad ipsum, qui veniit, pervenerit; ex ceteris autem causis, quamvis maior viginti annis se venum dari passus sit, ad libertatem ei proclamare licet.

§ 1.—Minori autem viginti annis ne quidem ex causa supra scripta debet denegari libertatis proclamation, nisi maior annis viginti factus duravit in servitute; tunc enim, si pretium partitus (1) sit, dicendum erit, denegari ei debere libertatis proclamationem.

2. MARCELLUS (2) libro XXIV. *Digestorum.*—Servum quis per vim a Titio accepit, et testamento liberum esse iussit; quamquam solvendo decesserit, non erit ille liber; alioquin fraudabitur Titius, qui non procedente quidem libertate cum herede eius agere potest. At si ad libertatem servus pervenerit, nullam actionem habiturus est, quia nihil videbitur heres ex defuncti dolo consecutus.

3. POMPONIUS libro XI. *Epistolarum et variarum lectionum.*—Ils, qui se passi sint venire, ad libertatem proclamandi licentiam denegari; quaero, an et ad eos, qui ex mulieribus, quae se passae sint venire, nascuntur, ita (3) Senatus consulta pertinent? Dubitari non potest, quin ei quoque, quae maior annis viginti venire se passa est, ad libertatem proclamandi licentia fuerit deneganda. His quoque danda non est, qui ex ea nati tempore servitutis eius erunt.

4. PAULUS libro XII. *Quaestionum.*—Licinius Rufinus Julio Paulo: Is, cui fidicomissa libertas debebatur, post vicesimum annum venire (4) se passus est; quaero, denegandum sit ei ad libertatem proclamare? Movet me exemplum cuiusvis liberi hominis; nam eti si consecutus esset (5) libertatem se vendidisset, denegaretur ei ad libertatem proclamare; nec debet meliori loco intelligi, quod in servitute constitutus passus est se venum dari, quam si esset libertatem consecutus. Sed e contrario movet me, quod in hoc, de quo quaeritur, venditio constituit, et est; qui veneat; in libero autem homine neque venditio consistit (6), et nihil est, quod (7) veneat. Peto itaque, plenissime instruas. Respondit: venditio quidem tam servi, quam liberi contrahi potest, et stipulatio de evictione contrahitur; non enim de eo loquimur, qui sciens liberum emit, nam adversus hunc nec ad libertatem proclamatio denegatur; sed is, qui adhuc servus est, etiam invitus venire (8) potest, quamvis et ipse in eo malus sit, quod de conditione sua dissimulat, quum in sua potestate habeat, ut statim ad libertatem perveniat. Quod quidem non potest ei imputari, cui nondum libertas debetur; pone statulibrum passum se venum dari, nemo dicturus est, superveniente conditione, quae non fuit in eius potestate, libertatis petitionem ei denegandam. Idem puto, etiam si in ipsis potestate fuit conditio. Sed in proposito magis probandum est, ut denegetur ei libertatis petitio, qui potuit petere liber-

libertad solamente si el precio hubiere ido á poder del mismo que fué vendido; mas en los demás casos, aunque el mayor de veinte años hubiera permitido ser vendido, le es lícito reclamar la libertad.

§ 1.—Pero al menor de veinte años no se le debe denegar ciertamente por la causa antes dicha la reclamación de la libertad, á no ser que haya permanecido en la esclavitud siendo mayor de veinte años; porque entonces, si hubiera participado del precio, se habrá de decir que se le debe denegar la reclamación de la libertad.

2. MARCELO; *Digesto, libro XXIV.*—Uno recibió de Ticio á la fuerza un esclavo, y dispuso en su testamento que fuese libre; aunque hubiere fallecido siendo solvente, aquél no será libre; de otra suerte, sería defraudado Ticio, quién, no siendo, á la verdad, procedente la libertad puede ejercitar la acción contra su heredero. Mas si el esclavo hubiere llegado á la libertad, no ha de tener ninguna acción, porque no se considerará que el heredero haya conseguido cosa alguna por dolo del difunto.

3. POMPONIO; *Epistolas y Doctrinas varias, libro XI.*—A los que consintieron ser vendidos se les deniega la facultad de reclamar la libertad; pregunto, ¿se referirán estos senadoconsultos también á los que nacen de mujeres, que hayan consentido ser vendidas? No se puede dudar, que también se le habrá de denegar la facultad para reclamar la libertad á la mujer de veinte años, que consintió ser vendida. Tampoco se les ha de dar á los que nacieron de ella durante el tiempo de su esclavitud.

4. PAULO; *Cuestiones, libro XII.*—Licinio Rufino á Julio Paulo: Uno, á quien se lo debía la libertad dejada por fideicomiso, consintió ser vendido después de cumplidos los veinte años; pregunto, ¿se le ha de denegar que reclame la libertad? Me hace vacilar el ejemplo de lo que sucede con cualquier hombre libre; porque aun cuando habiendo conseguido la libertad se hubiese vendido, se le denegaría que reclamase la libertad; y no debe ser considerado de mejor condición, porque hallándose en la esclavitud haya consentido ser vendido, que si hubiese conseguido la libertad. Pero me hace dudar por el contrario que respecto á éste de quien se trata subsiste una venta, y hay uno que es vendido; pero tratándose de un hombre libre, ni subsiste la venta, ni hay nada que se venda. Pido, pues, que me instruyas muy cumplidamente. Respondió: ciertamente que se puede celebrar venta tanto de un esclavo, como de un hombre libre, y se celebra estipulación respecto á la evicción; porque no hablamos del que á sabiendas compró un hombre libre, pues contra éste no se deniega la reclamación de la libertad; pero el que es todavía esclavo puede ser vendido también contra su voluntad, aunque también éste obre mal en disimular su condición, teniendo en su potestad el llegar inmediatamente á la libertad. Lo que ciertamente no se puede imputar á aquel á quien no se le debe todavía la libertad; supón que un *statuliber* consintió ser vendido; ninguno dirá, que cumpliéndose la condición, que

(1) *participatus, Vulg.*

(2) *Ilustres, las Bas.*

(3) *ista, Hal. Vulg.*

(4) *Hal.; veniri, el código Fl.*

(5) *esset, considerase aquí palabra superflua.*

(6) *El código citado por Geb.; constituit, el código Fl.*

(7) *Taur. al margen; quoniam, en el texto.*

(8) *Véase la nota 4.*

tatem, et maluit se venum dari, quia indignus est auxilio Praetoris fideicommissarii.

5. IDEM libro singulari ad Senatusconsultum Claudio.—Si duo liberum hominem maiorem annis viginti emerimus, unus sciens eius conditionem, alter ignorans, an (1) non propter eum, qui scit, ad libertatem ei proclaimare permittitur, sed propter eum, qui ignorat, servus efficietur? Sed non etiam eius, qui scit, sed tantum alterius.

TIT. XIV

SI (2) INGENUUS ESSE DICETUR
[Cf. Cod. VII. 14.]

1. MARCELLUS libro VII. Digestorum.—Si liberus alterius alio agente ingenuus pronuntiatus esse dicetur, sine ulla exceptione temporis patronus eius cognitionem solet exercere.

2. SATURNINUS (3) libro I. de Officio Proconsulis.—Qui se venire passus esset maiorem, scilicet ut pretium ad ipsum perveniret, prohibendum de libertate contendere Divus Hadrianus constituit; sed interdum ita contendendum permisit, si premium suum reddidisset.

§ 1.—Qui se ex libertinate ingenuitati (4) assentant, non ultra quinquennium, quam manumissioni fuissent, audientur.

§ 2.—Qui post quinquennium reperisse instrumenta ingenuitatis suae asseverant, de ea re ipsos Principes adire oportere cognituros.

3. POMPONIUS libro V. Senatusconsultorum.—Hoc sermone, AGNITIS NATALIBUS, de nullis aliis intelligendum est, Senatum sensisse, quam ingenuis.

§ 1.—Verbo autem RELINQUERENT (5) etiam hoc intelligendum est, ut, quaecunque ex re eius, a quo manumissi erant, acquisita habeant, restituant. Sed id quemadmodum accipendum sit, videndum est, utrumque quae ignorantibus dominis abstulissent, item quod ex his (6) acquisitum, reddere debeant, an vero etiam (7) concessa et donata a manumissoribus amplexi sint; quod magis est.

4. PAPINIANUS libro XXII. Quaestionum.—Oratio, quae prohibet apud Consules, aut Praesides provincialium post quinquennium a die manumissionis in ingenuitatem (8) proclaimare, nullam causam, aut personam excipit.

5. IDEM libro X. Responsorum.—Patronum post quinquennium sententiae pro ingenuitate dictae,

no estuvo en su potestad, se le ha de denegar la reclamación de la libertad. Lo mismo opino, también si la condición estuvo en su potestad. Pero en el caso propuesto más bien se ha de admitir que se le deniegue la reclamación de la libertad al que pudo pedir la libertad y prefirió darse en venta, porque es indigno del auxilio del Pretor fideicomisario.

5. EL MISMO; Comentarios al Senadoconsulto Claudio, libro único.—Si dos hubiéremos comprado un hombre libre, mayor de veinte años, conociendo uno su condición, é ignorándola otro, ¿se le permite reclamar la libertad por causa del que lo sabe, ó se hará esclavo por causa del que lo ignora? Mas no lo será también del que lo sabe, sino solamente del otro.

TÍTULO XIV

DE SI SE DIJERE QUE UNO ES INGENUO
[Véase Cod. VII. 14.]

1. MARCELO; Digesto, libro VII.—Si se dijere que el liberto de uno fué declarado ingénuo ejercitando otro la acción, suele su patrono ejercitar sin ninguna excepción de tiempo acción para que se conozca de ello.

2. SATURNINO; Del cargo de Proconsul, libro I.—Estableció el Divino Adriano, que se le ha de prohibir que litigue sobre su libertad al que siendo mayor hubiese consentido ser vendido, por supuesto, para que el precio fuese á poder del mismo; pero á veces se le permitió que litigara, si hubiese devuelto su propio precio.

§ 1.—Los que teniendo condición de libertinos afirman que son ingénudos no serán oídos después de un quinquenio de haber sido manumitidos.

§ 2.—Los que afirman que después de un quinquenio encontraron los documentos de su ingenuidad, deben recurrir á los mismos Príncipes para que conozcan de este asunto.

3. POMPONIO; Senadoconsultos, libro V.—Se ha de entender que con estas palabras, «condición natal reconocida», el Senado no se refirió á ninguna otra más que á la de los ingénudos.

§ 1.—Mas con la palabra «dejasen» se ha de entender también esto, qué restituyan cualesquiera cosas que hayan adquirido con bienes de aquel por quien habían sido manumitidos. Pero se ha de ver de qué modo se ha de entender esto, si deberán restituir lo que hubiesen quitado ignorándolo los señores, así como lo que con bienes de ellos fué adquirido, ó si también hayan sido comprendidas las cosas concedidas y donadas por los manumisores; lo que es más cierto.

4. PAPINIANO; Cuestiones, libro XXII.—La Oración, que prohíbe que uno reclame la ingenuidad ante los Cónsules ó los Presidentes de las provincias después de un quinquenio desde el día de la manumisión, no exceptúa ninguna causa ó persona.

5. EL MISMO; Respuestas, libro X.—Respondí, que después del quinquenio de haberse pronuncia-

(1) Taur. según la escritura original; an, omítela la corrección del código Fl., Br.

(2) LIBERTUS, insertan Hal. Vulg.

(3) Masurius Sabinus, Hal.

(4) Taur.; ingenuitate, el código Fl.; in ingenuitatem, los códigos citados por Br.

(5) Taur. según la escritura original; RELIQUERUNT, la corrección del código Fl., Br.

(6) re eius por his, Hal.

(7) que, insertan acertadamente Hal. Vulg.

(8) Hal. Vulg.; ingenuitate, el código Fl.

quo ignorantē res iudicata est, non esse praescrip-
tione temporis summovendum, respondi.

6. ULPIANUS libro XXXVIII. ad Edictum.—Quo-
ties de hoc contendit, an quis libertus sit, sive
operae petantur, sive obsequium desideretur, sive
etiam famosa actio intendatur, sive in ius voce-
tur, qui se patronum dicit, sive nulla causa inter-
veniat, redditur praeiudicium. Sed et quoties quis
libertinum quidem se confitetur, libertum autem
Caui Seii se negat, idem praeiudicium datur; reddi-
tur autem alterutro desiderante. Sed actoris (1)
partibus semper, qui se patronum dicit, fungitur,
probareque libertum suum necesse habet, aut, si
non probet, vincitur.

TIT. XV

NE DE STATU DEFUNCTORUM POST
QUINQUENNIUM QUARRATUR
[Cf. Cod. VII. 21.]

1. MARCIANUS libro singulari de delatoribus.—
De statu defunctorum post quinquennium quaerere
non licet, neque privatim (2), neque fisci nomine.

§ 1.—Sed nec eius status retractandus est, qui
intra quinquennium decessit, si per huius (3) quaesi-
tionem praeiudicium futurum est ante quinquen-
nium mortuo.

§ 2.—Imo nec de vivi statu quaerendum est, si
quaestio huius (4) praeiudicium facit ei, qui ante
quinquennium decessit; et ita Divus Hadrianus
constituit.

§ 3.—Sed interdum et intra quinqueunum non
licet de statu defuncti dicere (5). Nam Oratione
Divi Marci cavetur, ut, si quis ingenuus pronun-
tiatus fuerit, liceat ingenuitatis sententiam retrac-
tare, — sed vivo eo, qui ingenuus pronuntiatus est,
non etiam post mortem —, in tantum, ut, etiam si
coepita quaestio fuit retractationis, morte eius ex-
tinguatur, ut eadem Oratione cavetur.

§ 4.—Si quidem in deteriorem conditionem quis
statum retractaret, secundum ea, quae dixi, prac-
scribendum est. Quid ergo, si in meliorem, veluti
pro servo libertus dicatur, quare non admittatur? Quid enim, si servus quis dicatur (6), quasi ex an-
cilla natus, quae ante quinquennium mortua est,
quare non liceat probare, liberam fuisse, — hoc (7)
enim et pro mortua est —? Et Marcellus libro quinto
de Officio Consulis scripsit, posse; ego quoque in
auditorio publico idem secutus sum.

2. PAPINIANUS libro XIV. Responsorum.— Non
esse libertatis quaestionem filii inferendam (8)
propter matris vel patris memoriam post quinquen-
nium a morte non retractatam (9), convenit.

§ 1.—Nec in ea re, quae publicam tutelam me-

(1) *Taur.*; *actoris*, el *códice Fl.*

(2) *privati*, *Hal.* *Vulg.*

(3) *huiusmodi*, *Vulg.*

(4) *huiusmodi*, *Vulg.*

(5) *quaerere*, *Hal.*

(6) *quare non admittatur?* Quid enim, si servus quis dicatur, considerante añadidas por antiguos copistas.

do sentencia á favor de la ingenuidad, el patrono,
que ignorase que la cosa había sido juzgada, no ha
de ser repelido con la prescripción del tiempo.

**6. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro
XXXVIII.**— Siempre que se litiga sobre esto, so-
bre si alguno es esclavo, ya se le reclamen días de
trabajo, ya se pretenda un servicio, ya también si
se intentara una acción infamante, ya si fuera lla-
mado á juicio el que dice que es patrono, ya si no
mediara ninguna causa, se da sentencia prejudici-
cial. Mas también se da la misma sentencia preju-
dicial siempre que alguno se confiesa ciertamente
libertino, pero niega que sea liberto de Cayo Scyo;
mas se da pidiéndola uno ú otro. Pero desempeña
siempre las funciones de actor el que dice que es
patrono, y tiene necesidad de probar que aquél es
su liberto, ó, si no lo probase, es vencido.

TÍTULO XV

DE QUE DESPUÉS DE UN QUINQUENIO NO SE CUESTIONE
SOBRE EL ESTADO DE LOS FALLECIDOS
[Véase Cód. VII. 21.]

1. MARCIANO; De los delatores, libro único.—Des-
pués de un quinquenio no es lícito cuestionar ni
privadamente, ni en nombre del fisco, sobre el es-
tado de los fallecidos.

§ 1.—Mas tampoco se ha de discutir de nuevo
sobre el estado del que falleció dentro de un quin-
quenio, si mediante esta cuestión se ha de causar
perjuicio á uno que falleció antes del quinquenio.

§ 2.—Ni aun sobre el estado de un vivo se ha de
cuestionar, si la cuestión sobre él causa perjuicio
á uno que falleció antes de un quinquenio; y así lo
determinó el Divino Adriano.

§ 3.—Pero á veces ni aun dentro de un quinque-
nio es lícito cuestionar sobre el estado de un difun-
to. Porque se dispone en la Oración del Divino Mar-
co, que, si alguno hubiere sido declarado ingénuo,
sea lícito revisar la sentencia de la ingenuidad, —
pero viviendo el que fué declarado ingénuo, no
también después de su muerte —, de tal manera
que, aunque se haya incoado la cuestión de la re-
visión, se extingue con su muerte, como se dispone
en la misma Oración.

§ 4.—Si verdaderamente alguno volviese á dis-
cutir el estado para empeorar la condición, habrá la
prescripción, según lo que he dicho. ¿Qué se dirá,
pues, si para mejorarlo, por ejemplo, se dijera que
uno es liberto en lugar de esclavo? ¿Por qué no será
admitido? Porque si se dijera que uno es esclavo,
como nacido de una esclava, que falleció antes del
quinquenio, ¿por qué no será lícito probar que ella
fué libre, — pues esto es también en favor de la di-
funta —? Y escribió Marcelo en el libro quinto del
Cargo de Consul, que se podía; yo también me atu-
ve á lo mismo en audiencia pública.

2. PAPINIANO; Respuestas, libro XIV.— Convino
que no se les hubiera de promover á los hijos la
cuestión sobre la libertad por no haberse revisado
la memoria de la madre ó del padre después de un
quinquenio de la muerte.

§ 1.—En esta materia, que mereció la tutela pú-

(7) *haec*, *Hal.* *Vulg.*

(8) *Según corrección del códice Fl.*; *inférendum*, *Taur.* segun la escritura original, *Br.*

(9) *Taur.* segun corrección del códice Fl.; *retractatam-
dam*, la escritura original, *Br.*

ruit, pupillis agentibus restitutionis auxilium tribendum est, quod quinque annorum tempus, quum tutores non haberent, excesserit.

§ 2.—Praescriptio quinque annorum, quae statum defunctorum tuetur, specie litis ante mortem illatae non fit irrita, si veterem causam, desistente, qui movit, longo silentio finitam probetur.

3. HERMOGENIANUS libro VI. iuris Epitomarum.—Ante quinquennium defunctorum (1) status honestior, quam mortis tempore fuisse existimabatur, vindicari (2) non prohibetur. Idecirco etsi quis in servitute moriatur, post quinquennium liber decessisse probari potest.

4. CALLISTRATUS libro I. de Iure fisci. — Primus omnium Divus Nerva edicto vetuit, post quinquennium mortis cuiusque de statu quaeri.

§ 1.—Sed et Divus Claudius Claudiano rescripsit, si per quaestionem numariam praeiudicium statui videbitur fieri, cessare quaestionem.

TIT. XVI

DE COLLUSIONE DETEGENDA [Cf. Cod. VII. 20.]

1. GAIUS libro II. ad Edictum Praetoris urbani, titulus de liberali causa. — Ne quorundam dominorum erga servos nimia indulgentia inquinaret amissimum ordinem eo, quod paterentur servos suos in ingenuitatem proclamare, liberosque iudicari, Senatusconsultum factum est Domitianis temporibus, quo cautum est, ut, si quis probasset, per collusionem quidquam factum, si iste homo servus sit, fieret eius servus, qui detexisset collusionem.

2. ULPIANUS libro II. de Officiis Consulis. — Collusionem detegere ingenuitatis post sententiam intra quinquennium posse, Divus Marcus constituit.

§ 1.—Quinquennium autem continuum utique accipiemus.

§ 2.—Sicubi plane actas eius, cuius retractatur collusio, differendam retractationem in tempus pubertatis vel alterius rei suadet, quinquennium non currere dicendum est.

§ 3.—Quinquennium autem non ad perficiendam retractationem, sed ad inchoandam puto praeiustum, aliter atque circa eum, qui ex libertinitate se in ingenuitatem petit.

§ 4.—Oratione Divi Marci cavetur, ut etiam extraneis, qui pro altero postulandi ius haberent, liceret (3) detegere collusionem.

3. CALLISTRATUS libro IV. de Cognitionibus. — Quum non iusto contradicte quis ingenuus pronuntiatus est, perinde inefficax est decretum, atque si nulla iudicata res intervenisset; idque principibus Constitutionibus cavetur.

4. ULPIANUS libro I. ad legem Iuliam et Papiam.

blica, no se les ha de conceder á los pupilos que ejerciten la acción el beneficio de la restitución, porque haya transcurrido el término de los cinco años sin tener tutores.

§ 2.—La prescripción de los cinco años, que ampara el estado de los fallecidos, no se invalida so pretexto de que fué promovido el litigio antes de la muerte, si se probare que la antigua causa quedó terminada por haber desistido de ella con su largo silencio el que la promovió.

3. HERMOGENIANO; Epitome del Derecho, libro VI. — No se prohíbe que antes del quinquenio se reivindique para los fallecidos un estado más honroso que el que se estimaba que tuvieron al tiempo de la muerte. Y por lo tanto, aunque alguno mueran en la esclavitud, se puede probar cinco años después que falleció libre.

4. CALISTRATO; Del Derecho del fisco, libro I. — El Divino Nerva fué de todos el primero que prohibió por un edicto que después de un quinquenio de la muerte de cualquiera se cuestionase sobre su estado.

§ 1.—Pero también el Divino Claudio repondió por rescripto á Claudio, que si se viere que por una cuestión pecuniaria se causaba perjuicio al estado de alguno, cesaba la cuestión.

TÍTULO XVI

DEL DESCUBRIMIENTO DE COLUSIÓN [Véase Cód. VII. 20.]

1. GAYO; Comentarios al Edicto del Pretor urbano, libro II., titulus de la causa sobre la libertad. — A fin de que la excesiva indulgencia de algunos dueños para sus esclavos no mancille el muy elevado orden, porque consentan que sus esclavos reclamen la ingenuidad, se hizo en tiempos de Domiciano un senadoconsulto, en el que se dispuso, que, si alguien hubiese probado que se hizo alguna cosa por colusión, si este hombre fuese esclavo, se hiciera esclavo del que hubiese descubierto la colusión.

2. UPLIANO; Del Cargo de Consul, libro II. — El Divino Marco estableció, que dentro de un quinquenio después de la sentencia se pudiera descubrir la colusión respecto á la ingenuidad.

§ 1.—Mas entenderemos ciertamente continuos los cinco años.

§ 2.—A la verdad, si la edad de aquél de cuya colusión se trata aconseja que se haya de diferir el examen hasta el tiempo de la pubertad ó de otra cosa, se ha de decir que no corre el quinquenio.

§ 3.—Pero opino que el quinquenio no fué prefijado para terminar el examen, sino para incoarlo, al contrario de lo que se dice respecto al que estando en la condición de libertino reclama la ingenuidad.

§ 4.—Se dispone en la Oración del Divino Marco, que también á los extraños que tengan el derecho de pedir por otro les sea lícito descubrir la colusión.

3. CALISTRATO; De las Jurisdicciones, libro IV. — Cuando alguno fué declarado ingénuo sin legítimo contradictor, el decreto es ineficaz lo mismo que si no hubiese mediado ninguna cosa juzgada; y esto se dispone en las constituciones de los Príncipes.

4. UPLIANO; Comentarios á la ley Julia y Papia,

(1) Hal. Vulg.; defuncto, el código Fl.
(2) iudicari, Hal.

(3) Taur.; liqueret, el código Fl.